



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl


[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXIII. Ivnii. S. Ediltrvdis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SEDILDRVDIS Annæ Anglorum Orientalium Regis filia, moribus & vitæ integritate fuit admirabilis: primùm Thumberto Australium Giruorum Principi, in conjugium tradita, cum eodem pari voto virginitatem seruauit. Deinde eo defuncto, iterum à patre invita Egfrido Northumbrorum Regi sanctissimè copulata, eiusq; conuictu, atq; consortio duodecim annis vitæ, perpetuò tamen Virgo permansit: ac tandem Regis ipsius consensu, regali diademate contempto, in Monasterio Ebbæ vni regi Christo se consecrauit. Et in summâ vitæ austeritate vixit, linearum vestium vsu sibi penitus interdicto, diuinarum rerum meditationi ita dedita fuit, vt ad horas aliquot precibus & lachrymis intenta perseveraret. Prima deinde Abbatissa Elyngensis Cænobij facta, postquam annis VII. sacrarum Virginum monasterium rexit, sanctissimisq; vitæ exemplis & monitis ad omnem sanctitatem formauit, vnâ secum plurimas ad portum salutis æternæ feliciter perduxit. Obijt anno DCXC. die XXIII. Iunij. Cuius corpus, cum post vndecimum obitus sui annum ad aliud sepulchrum deportaretur, ineffabili odore fragrans, ita incorruptum, integrumq; inventum est, ac fuerat ab omni corruptionis labe immune. *Ex vita & An-*

glicis Script.





S. EDILDREDA REGINA ET VIRGO, ORDINIS S. BENEDICTI.

Hac primam Tumberto, deinde Egferdo Regi nupsit, cum octog. virginitate. illibatam servavit: demum Sanctimonialis & Abbatissa obiit XXIII Idij. An. DCXC. Eius coepus post XI annos incorruptum est repositum. JGM

Handwritten notes on the book's spine, including the name 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.

S. V. D. E. L.

M

XXV. IVNI